Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

amorem patriae caelestis plus exempla quam
praedicamenta succendunt. Fit vero plerumque
audientis animo duplex adiutorium in ex
emplis patrum. quia ad amorem venturae
vitae ex praecedentium comparatione accen
ditur. et si se esse aliquid estimat. dum
de aliis meliora cognoverit humiliatur.
Ea quae mihi sunt virorum GREGORIUS.
venerabilium narratione comperta incunc
tanter narro sacrae auctoritatis exemplo. cum
mihi luce clarius constet. quia marcus et lucas
evangelistae. quod descripserunt non visu sed au
ditu didicerunt. Sed ut dubitationis
occasionem legentibus subtraham. per singu
la quae describo. quibus mihi haec auctoribus
sint comperta. manifesto. Hoc vero scire
te cupio. quia in quibusdam sensum solum
modo. in quibusdam vero et verba cum sensu
teneo. quia si de personis omnibus ipsa specia
liter verba tenere voluisse. Haec rustica